et ipsius Posteros, hocidem Ius praesens cessi ac bona
iure eodem Reformatorio atque Inscriptione praefata Adiuta
litiali onerata praemissaque per se Recognoscentem transfun
Cum universis eorum utilitatibus et usufructibus compe
tentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi illaque
cte et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successo
rum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectu
aliter convertendi praefati iuris originalis ea omnia
latius in se complectentis praesentisque cessi et transfudi
vigore

Feria Quinta post Festum Sancti Aegidy Abbatis proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo

3/IX

Korczynski Korczynskie Donat

1284

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesenti
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Basi
lius Korczynski Steniewicz olim Nobilis Stecko Korczynski
filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus
iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com
petentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali
Premisliensi iurisdictioni quo ad Actum modernum

se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressam Recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe na polanie Krzeczki nczne alias osadlosc inter metas ab una Generosorum Stadnickiey ab altera vero parte torrentis Korczyka dicti ad flumen Stryj nuncupatum in longitudinem sese praetendentem in bonis Villae Korczyno Terra vero et districtu praesenti Premisliensi iacentia et consistentia cum omni praemissorum bonorum iure dominio proprietate et haereditate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis commodis obventionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter universis Nihil ex praemissis iuris dominij proprietatis haereditatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum praedictorum resignatorum haereditarum se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et extenditur et quatenus eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant. Tamen nunc et defecto Nobili Fedorio Korczynski Iaeckowicz olim Nobilis Lucae Korczynski Iaeckowicz filio suo vero Regnum filiastro eiusque Posteris dedit donavit inscripsit et resigna-

uit prout praesentibus dat donat ac titulo piurae meraeque perpetuae et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliter. In quae quidem Bona suprascripta praesens per se Recognoscentem donata iisque Recognoscens Nobilis Basilius Korczynski Steniewicz suprascripto Nobili Fedorio Korczynski Jaczkowicz Donatario suo et illius successoribus iam exnunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque compzetentem et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose accipiendam Per ipsum Donatarium suum, illiusque posteros haec eadem Bona resignata cum universis eorum utilitatibus, et usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, et suorum successorum quorumvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et diuturnis temporibus. Debebit et tenebitur Memoratus Recognoscens, Nobilis Basilius Korczynski Steniewicz prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili Fedorio Korczynski Jaczkowicz Donatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis bonis

2218

donatis et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum status cunque conditionis, tatus et sexus status sui existentium ex occasione suprascriptorum exoriunda per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio In omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere, et eliberare, indemnemque cum Posteris reddere Nec non haec eadem bona donata ab omnibus in genere iuribus, et inscriptionibus, prioribus et posterioribus, super bona praefata modo quovis cuiuscunque personarum factis, et faciendis eademque afficien tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona resignata modo quovis importatis et importandis Lucris denique perlucris processibusque iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu iuris dependen et in quovis Iudicio et Officio Rni obtentis et obtinendis acsuper praemissis omnibus praesentibus resignatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semperfacere ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum possessionem donatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectu-

aliter admittere dataq et admissa eadem possessionem et
usumfructum praemissorum omnium modo quovis tam per se
quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas
non praepedire nec alienare, Ipsumq donatarium suum ac
illius successores in praemissis omnibus praesentibus resignatis
nullo modo iniuriari ita ut haec eadem bona praesentibus do
nata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus atti
nentiis et pertinentiis generaliter universis idem Donata
rius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscri
ptionis donatariae vigore tenere habere et possidere queat
illisq uti frui possit perpetuis et aeternis temporibus
Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Iu
ramento taxandis et dicendis per eundem Recognoscentem
sive eius successores praefato Donatario suo vel eius posteris
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum
succumbentem Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpli
citer absq corporali iuramento taxatis modo praemisso ad Solve
ndum succubitis ac pro re aliqua Principali ex praemissis
non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens
Nobilis Basilius Korczynski Stemewicz sive illius successo
res Ad Instantiam suprascripti Nobilis Izdory Korczynski

2220

Sacz Noivicz sive alius posterorum Ad Officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu supradicti
quo ad respondendum spectat mediante semper in primo
Citationis Termino tanquam Peremptorio stare iuri parere
re respondere damna praedicta Terrestria luere inscriptioni
praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit
ac tenebitur seq. ac suos successores ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus. Eundem Terminum
Primum peremptorium uti et alios omnes exinde con
sequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios
uerti infirmitate pro maiori Minorennitate successorum
legatione intra uel extra Regnum seruitio Militari
ad Munimenta ad Auctorem uel alys quibusuis dila
tionibus et legalibus impedimentis non differendo Ad
Quietationem praeterea ultra proximos Officy praefati Castren
Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi
non recipiendo Nullasque Motiones apellationes ac ea
rum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis
simplicibus uel triplicatis Citationibus, suspensionibus
fataly iuris praescriptione Terrestri bello conuentione
ac alys omnibus remedys et defensis non subterfugi
endo Nec alio quouis modo euadendo. Fecit sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ad [illegible] in Vigilia Festi [illegible]

[illegible]